enim nihil tantae reuerentiae oblatum iri oportere. quod non elaboratum
ingenio. perfectum studio. dignum sub premo [t postremo] tanto otio uideretur.
Non igitur ambigo quin pro tua in me beniuolentia. superuacua reseces.
hiantia suppleas. errata reprehendas. commode dicta [mira] animi alacritate
suscipias. quae res inpulit pigram consilii moram. nimios enim mi
hi fructus placitura restituent. noui quippe quanto studiosius nra
quam ceterorum bona diligamus. recte ergo quasi aureos cereri culmos.
& maturos baccho palmites. sic ad te noui operis rudimenta trans
misi. tu tantum [t tamen] paterna gratia nrm prouehas munus. ita & labo
ris mei primitias doctissimo iudicio consecrabis. & non maior recense
bitur auctor merito quam probator. INCIP CAP LIBRI PRIMI

I Prohemium in quo diuisio mathematice. II De substantia numeri
III Difinitio & diuisio numeri & difinitio paris & inparis.
IIII Difinitio numeri paris & inparis secundum pithagoram.
V Alia secundum antiquiorem modum diuisio paris & inparis.
VI Difinitio paris & inparis per alterutrum. VII De principalitate
unitatis. VIII Diuisio paris numeri. VIIII De numero pariter pari
eiusq; proprietatibus. X De numero pariter inpari eiusq; proprietatib;
XI De numero inpariter pari eiusq; proprietatib; deq; eius ad pariter parem & pariter
inparem cognatione. XII Descriptio qua ostenditur ad inpariter paris natura per quem exponitur exposita? XIII De numero inpari eiusq; diuisione. XIIII De primo
& inconposito. XV De secundo & conposito. XVI De eo qui per se
secundus & conpositus ad alium [e] primus & inconpositus est.
XVII De primi & inconpositi & ad se quidem secundi. & conpositi. ad al
terum uero primi & inconpositi procreatione. XVIII De inuentione eorum numerorum qui ad se secundi & conpositi sunt. ad alios uero
XVIIII relati primi & inconpositi; Alia partitio paris secundum per
fectos inperfectos & ultra quam perfectos. XX De generatione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1341/0020